

IN OCTAVA  
Dedicacionis Ecclesie.

Duplex.

Omnia ut in die, præter Lectio-  
nes secundi Nocturni.Ex Epistola prima Sancti Felicis  
Papæ Quarti.

De Consecrat. dist. 1. cap. 2.

Lectio 1v.

**T**abernaculum Moÿsen, Dômi-  
no præcipiente, fecisse & sa-  
crasse, cum mensa & altari ejus, &  
ceteris vasis & utensilibus ad divi-  
num cultum explendum, legimus: &  
non solum divinis præcibus ea sac-  
crasse, sed etiam sancti olei unctio-  
ne, Dômino jubente, perluisse nô-  
vimus. Quâliter autem hæc facta  
sint, & quomodo ipsa sacra non alii,  
quam sacerdotes sacrâ unctiõe de-  
libari, Dominoque cum vestibus  
sanctis sacrati, & Levitæ tracta-  
bant, ferébant, erigébant, & depo-  
nébant; in ipsis institutionibus, quæ  
jubente Dômino conscriptæ sunt per  
Moÿsen, in lege Dômini reperitur.

**R.** Orantibus in loco isto. \* Dimitte  
peccata pöpuli tui Deus, & ostén-  
de eis viam bonam, per quam am-  
bulent, & da gloriã in loco isto.  
**V.** Qui regis Israël intēde, qui  
dedicisti velut ovem Joseph, qui  
sedes super Chérubim. Dimitte.

Lectio v.

**Q**uâliter ergo David regum  
piissimus amplificaverit cul-  
tum Dei, & templum Dômi-  
no ædificare voluerit, sed propter  
multum sanguinem, quem effuderat,  
prohibitus est, & ipse colligerat  
expēnsus: Salomon quoque filius  
ejus, idipsum quod ipse facere op-  
taverat, jubente & auxiliante Deo,

perfect, & templum cum altari,  
& reliqua ad divinum cultum per-  
agendum consecravit; in Libro  
Regum legitur: Fecit ergo Salomon  
in tempore illo festivitatem cele-  
brem, & omnis Israël cum eo,  
multitudo magna ab intritu Emath  
usque ad rivum Ægypti, coram  
Dômino Deo nostro septem dié-  
bus, & septem diébus, id est,  
quatuordecim diébus, & in die  
octava dimisit pöpulos.

**R.** O quàm metuendus est locus  
iste! \* Verè non est hic aliud, nisi  
domus Dei, & porta cæli. **V.** Hæc  
est domus Dômini firmiter ædifica-  
ta, benè fundata est supra firmam  
petram. Verè.

De Consecrat. dist. 1. cap. 17.

Lectio vj.

**S**olemnitates dedicacionum Ec-  
clesiarum & sacerdotum, per  
singulos annos solimitter sunt cele-  
brandæ, ipso Dômino exēplum  
dante, qui ad festum dedicacionis  
templi, omnibus id faciendū eam  
formam, cum reliquis pöpulis ean-  
dem festivitatem celebraturus ven-  
nit, sicut scriptum est: Facta sunt  
Encænica in Jerusalem, & hyems  
erat, & ambulabat Jesus in templo  
in porticu Salomonis. Quod autem  
octo diébus Encænica sint celebra-  
nda, in libro Regum, peractâ dedica-  
tionis templi, reperietis.

**R.** Manè surgens Jacob erigebat  
lapidem in titulum, fundens oleum  
desuper, votum voxit Dômino:  
\* Verè locus iste sanctus est, & ego  
nesciebam. **V.** Cumque evigilasset  
Jacob de somno, ait. Verè locus.  
Glória Patri. Verè locus.

OF.

## OFFICIUM

BEATÆ MARIÆ  
IN SABBATO.

**O**mnibus Sabbatis per annum,  
præterquam in Adventu, Qua-  
dragesima, Quatuor Temporibus, &  
Vigiliis, & nisi Officiū fieri de-  
beat de Feria, propter Officiū ali-  
cujus Dominicæ intra Hebdomadam  
ponendum, ut dicitur in Rubrica de  
Dominicis, ac nisi festum novem  
Lectionum occurrat, fit Officiū de  
Sancta Maria modo infrascripto.

In Vesperis Ferie vj. dicuntur  
Psalmi feriales in Psalterio positi,  
nisi fuerit festum novem Lectionum:  
quia tunc de Sancta Maria fit tan-  
tum Commemoratio in diebus Vesperis  
cum Antiphona, **V.** & Oratione,  
ut infra: quæ Commemoratio omit-  
titur, quando Feria vj. occurrit aliud  
eiusdem beatæ Mariæ Officiū.

Capitulum. Eccli. 24. b

**A**B initio, & ante sæcula creata  
sum, & usque ad futurum sæ-  
culum non desinam, & in habitatio-  
ne sancta coram ipso ministravi.

Hymnus.

**A**ve maris stella,  
Dei Mater alma,  
Atque semper Virgo,  
Felix cæli porta.  
Sumens illud Ave,  
Gabriell ore,  
Funda nos in pace  
Mutans Hevæ nomen.  
Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.  
Monstra te esse Matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus  
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac & castos.  
Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Jesum  
Semper collemur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritus sancto,  
Tribus honor unus. Amen.  
**V.** Diffusa est gratia in labiis tuis.  
**R.** Propterea benedixit te Deus in  
æternum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beata Mater, & intacta Virgo, glo-  
riosa Regina mundi, intercede pro  
nobis ad Dôminum. **V.** Dôminus  
vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oratio.

**C**oncede nos famulos tuos, quæ-  
sumus Dômine Deus, perpetua  
mentis & corpõris sanitate gaudere:  
& gloriosa beatæ Mariæ semper vir-  
ginis intercessiõe, à præsentis libe-  
rari tristitia, & æternâ perfuri laci-  
titiã. Per Dôminum, &c.

Vel alia pro temporis varietate,  
ut infra notatur. cxxxij.

Post Orationem sunt Commemo-  
rationes consuetæ de Apostolis & de  
Pace. 118. Vel de Cruce  
tempore Paschali. cxxxij. Si autem  
occurrat festum Simplex, de eo fit  
Commemoratio ante ipsa Suffragia.

Completorium fit in Psalterio. Et  
in fine Hymni Te lucis ante termi-  
num, dicitur. Jesu tibi sit glória,  
Qui natus es de Virgine, etiam si in  
Vesperis facta sit tantum Commemo-

Nun 3

ra-



ratio de beata Maria, nisi Hymni illius Festi, quod Feria vi. celebratum est, aliter concludendi sicut, ut in Transfiguratione Domini.

Ad Martinum, Invitatorium.

Ave Maria, gratia plena: \* Dominus tecum. *Psalm.* Venite, exultemus. 1. *Hymnus.*

**Q**uem terra, pontus, sidera Colunt, adorant, prædicant, Trinam regentem machinam Clausrum Mariæ bajulat.

Cui luna, sol, & omnia Deserviunt per tempora, Perfussa cæli gratia, Gestant puella viscera.

Beata Mater munere, Cujus supernus Artifex Mundum pugillo continens, Ventris sub arca clausus est.

Beata cæli nuntio, Pecunda sancto Spiritu, Desideratus gentibus Cujus per alvum fusus est.

Jesu, tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, & almo Spiritu In sempiterna sæcula. Amen.

*Nocturnum Sabbati, ut in Psalterio Et in fine, V.* Diffusa est gratia in labiis tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noster.

*Absolutio.*

**P**recibus & meritis beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, perducatur nos Dominus ad regna cælorum. *R.* Amen.

*V.* Jube domine benedicere.

*Pro prima Lectione, Benedictio.* Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria. *R.* Amen.

Prime due Lectiones de Scriptura libri currentis, tertia, una ex inferis positis per ordinem.

*R.* 1. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus effera, nascio: Quia quem cæli capere non poterat, tuo gremio contulisti.

*V.* Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia quem cæli.

*Pro secunda Lectione, Benedictio.* Ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. *R.* Amen.

*R.* 2. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima, Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. *V.* Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam Commemorationem. Quia ex te. Gloria Patri. Christus Deus.

*Pro tertia Lectione, Benedictio.* Per Virginem Matrem concedat Cujus Dominus salutem & pacem. *R.* Amen.

*Post tertiam Lectionem dicitur*

Te Deum laudamus. 13.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

**D**um esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. *Psalmus.* Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica, ut in Psalterio, 14. Antiphona. Lava ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. *Añs.* Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem: Ideo dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum. *Añs.* Jam hyems transiit, imber abiit & recessit: surge amica mea, & veni. *Añs.* Speciosa facta es & suavis in deliciis tuis, Sancta Dei Genitrix.

*Capitulum.* *Eccli 24. b* Ab initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi. *Hymnus.*

**O** Gloriosa Virgine, Sublimis inter sidera, Qui te creavit, parvulum Lactente nutris libere.

*Quod*

Quod Heva tristis abstulit,

Tu reddis alio germine:

Intrent ut astra flebiles:

Cæli reclusis cardines.

Tu Regis alti janua,

Et aula lucis fulgida:

Vitam datam per Virginem

Gentes redemptæ plaudite.

Jesu, tibi sit gloria,

Qui natus es de Virgine,

Cum Patre, & almo Spiritu

In sempiterna sæcula. Amen.

*V.* Benedicta tu in mulieribus.

*R.* Et benedictus fructus ventris tui.

*Ad Benedictus, Antiphona.*

Beata Dei Genitrix Maria, virgo

perpetua, templum Domini, sacra-

rium Spiritus sancti: sola sine exem-

plo placuisti Domino nostro Jesu

Christo: ora pro populo, interveni

pro clero, intercede pro devoto femineo sexu.

Vel alia pro varietate temporis,

ut infra habetur. cxxxij.

*Oratio.*

**C**oncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beata Mariæ semper Virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia, & æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum, &c.

*Deinde fiunt Commemorationes, ut supra. 118.*

*Ad Horas, Hymni & Psalmi ut in Psalterio; sed in fine Hymnorum dicitur Jesu tibi sit gloria, Qui natus es de Maria Virgine.*

*Ad Primam, Antiphona.* Dum esset Rex. *Capitulum.* Regi sæculorum. 22.

*In R. br. V.* Qui natus es de Maria Virgine, alia ut in Psalterio. 22. *Ad Absolutionem Capituli.* In plateis.

*Ad Tertiam, Antiphona.* Lava ejus. *Capitulum.* Ab initio, ut supra. cxxx. *R. br.* Specie tuâ \* Et pulchritudine tuâ. Specie tuâ. *V.* Intende, prospere procede, & regna. Et pulchritudine. Gloria Patri. Specie tua. *V.* Adjuvabit eam Deus vultu suo. *R.* Deus in medio ejus, non commovebitur.

*Ad Sextam, Antiphona.* Nigra sum. *Capitulum.* *Eccli 24. b* Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum dentio mea. *R. br.* Adjuvabit eam Deus vultu suo. Adjuvabit. *V.* Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus vultu. Gloria Patri. Adjuvabit. *V.* Elegit eam Deus, & præelegit eam. *R.* In tabernaculo suo habitare facit eam.

*Ad Nonam, Antiphona.* Speciosa. *Capitulum.* *Eccli 24. b* In plateis sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi, quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. *R. br.* Elegit eam Deus, & præelegit eam. Elegit eam. *V.* In tabernaculo suo habitare facit eam. Et præelegit. Gloria Patri. Elegit eam. *V.* Diffusa est gratia in labiis tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus in æternum.

*Ad Vesperas, Antiphona, & Psalmi feriales.* *Capitulum* & reliqua omnia, si non occurrat Festum Duplex, de Dominica. In fine Commemorationes consueta, ut in Psalterio 118.

**POST NATIVITATEM** Usque ad Purificationem Officium beate Mariæ dicitur ut supra, exceptis his que sequuntur.

*Ad Magnificat, Antiphona.* Magam hereditatis mysterium Nnn 4 tem



templum Dei factus est uterus nes-  
cientis virum: non est pollutus ea  
carnem assumens: omnes Gentes ve-  
nient dicentes: Gloria tibi Domine.

*Oratio.*

**D**Eus, qui salûs aeternæ, beatæ  
Mariæ virginitate fecundâ,  
humano generi præmia præstitisti;  
tribue quæsumus; ut ipsam pro no-  
bis intercedere sentiamus, pro quam  
meruimus auctorem vitæ suscipere,  
Dominum nostrum Jesum Christum  
Filiû tuum: Qui tecum vivit &  
regnat in unitate, &c.

*AD LAUDES,  
& per Horas, Antiphona.*

**O** Admirabile commercium!  
Creatör generis humani, ani-  
mâ tum corpus sumens, de Virgine  
nasci dignatus est: & procedens ho-  
mo sine semine, largitus est nobis  
suam Deitatem. *Psal.* Dominus  
regnâvit, cum reliquis de Domini-  
ca. 14. *Añã.* Quando natus es inef-  
fabiliter ex Virgine, tunc impleta  
sunt Scripturæ: sicut pluvia in vellus  
descendisti, ut salvum faceres gens  
humanam: te laudamus Deus noster.

*Añã.* Rubum, quem viderat Moyses  
incombustum, conservatam agnovi-  
mus tuam laudabilem virginitatem:  
Dei Génitrix intercede pro nobis.  
*Añã.* Germinavit radix Jesse, orta  
est stella ex Jacob, Virgo peperit  
Salvatorem: te laudamus Deus nos-  
ter. *Añã.* Ecce Maria genuit nobis  
Salvatorem, quem Joannes videns ex-  
clamavit, dicens: Ecce Agnus Dei, ec-  
ce qui tollit peccata mundi, alleluia.

*Ad Benedictus, Antiphona.*

Mirabile mysterium declaratur hó-  
die: innovantur naturæ, Deus homo  
factus est: id quod fuit permansit, &  
quod non erat, assumpsit: non com-  
munionem passus, neque divisionem.

*Tempore Paschali, Invitatorio,  
Antiph. RR. & YV. additur Alle-  
luia: & ad Magnificat: ad Bene-*

dictus dicitur Antiphona. Regina  
coeli letare, alleluia: Quia quem me-  
ruisti portare, alleluia: resurrexit  
secundum dixit, alleluia: Ora pro nobis  
Deum, alleluia.

*Oratio.*

**C**oncede nos famulos tuos, quæ-  
sumus Domine Deus, perpetuâ  
mentis & corpore sanitate gaudere;  
& gloriosâ beate Mariæ semper vir-  
ginis intercessione a presentibus libe-  
rari tristitia, & aeternâ præfui læ-  
titiâ. Per Dominum, &c.

*Non sunt Commemoraciones con-  
quæte, sed tantum de Cruce.*

*In Vesperis, Antiphona. Crucem  
sanctam sibi, qui infernum con-  
frégit accinctus est potentia, surre-  
xit die tertia, alleluia. V. Dicite  
in nationibus, alleluia. R. Quia  
Dominus regnavit in ligno, alleluia.*

*Oratio.*

**D**Eus, qui pro nobis Filiû tuum  
crucis patibulum subire vo-  
luisti, ut inimici a nobis expelleres  
potestatem: concede nobis famulis  
tuis; ut resurrectionis gratiam con-  
sequamur. Per eundem Dominum  
nostrum, &c.

*In Laudibus, Añã.* Crucifixus  
surrexit a mortuis, & rediit nos,  
alleluia, alleluia. *V.* Dicite in na-  
tionibus, alleluia. *R.* Quia Dominus  
regnâvit in ligno, alleluia. *Oratio.*  
Deus, qui pro nobis, ut supra.

*Lectiones sequentes dicuntur sin-  
gulis mensibus in Officio B. Mariæ  
in Sabbato, ordine subscripto.*

**MENSE DECEMBRI**

*Ante Adventum.*

Ex libro Officiorum Sancti Ambró-  
sii Episcopi.

*Lectio iij. Lib. 3. cap. 18.*

**B**onus regendæ castitatis pudor  
est cones, qui primus in ipso  
cognitionis ingressu Domini Matrem  
commendat legentibus, & tamquam  
testis locuples, dignam, quæ ad

ta-

tale munus eligeretur, astruit: quod  
in cubiculo, quod sola, quod salutâ-  
ta ab Angelo tacet, & mota est in in-  
tróitu ejus: quod ad virilis sexus spé-  
ciem peregrinam turbatur aspectus  
Virginis. Itaque quamvis esset húmi-  
lis, præ verecundia tamen non resala-  
bavit, nec illum respósum rétulit,  
nisi ubi de suscipiendâ Domini gene-  
ratione cognóvit: ut qualitatem ef-  
fectus disceret, non ut sermonem re-  
felleret.

*Te Deum laudamus. 13.*

*Ad Laudes, & per Horas, omnia  
ut supra.*

**MENSE JANUARIO.**

Ex Epistola Sancti Ambrósii Episcopi  
ad Siricum Papam.

*Epist. 18. al. 7. post initium.*

*Lectio iij.*

**D**E via perversitatis produntur  
dicere: Virgo concepit, sed  
non virgo generavit. Pótuít ergo  
virgo concipere, non pótuít virgo  
generare, cum semper conceptus  
præcedat, partus sequatur? Sed si  
doctrinis non créditur sacerdotum,  
crédatúr oraculis Christi, crédatúr  
mónitis Angelórum dicentium: Quia  
non est impossibile Deo omne ver-  
bum. Crédatúr Symbolo Apostolórum,  
quod Ecclesiâ Româna intemera-  
túm semper custódit & servat. Au-  
divit Mariâ vocem Angeli, & quæ an-  
te dixerat: Quómódo fiet istud? non  
de fide generatiónis interrogans, res-  
póndit postea: Ecce ancilla Domini,  
contingat mihi secundum verbum  
tuum.

*Te Deum laudamus. 13.*

**MENSE FEBRUARIO.**

Ex libro Sancti Hierónymi Presby-  
teri adversus Jovinianum.

*Ex Apolog. ad Pammachium pro lib.  
adversus Jovinianum, in fin.*

*Lectio iij.*

**C**hristus virgo, mater virginis  
nostri virgo perpetua, mater &

virgo. Jesus enim clausis ingressus est  
ostium: & in sepulchro ejus, quod  
novum & in petra durissima fuerat  
excisum, nec antea quis, nec postea  
pótuít est. Hortus conclusus, fons  
signatus: de quo fonte ille fluvius ma-  
nat, juxta Joél, qui irrigat torrentem  
vel finium, qui spinarum: finium,  
peccatórum, quibus antè alligabamur:  
spinarum, quæ suffocant seméntem  
patrisfamilias. Hæc est porta  
orientalis, ut ait Ezéchiél, semper  
clausa, & lócida, opérens in se, vel  
ex se próferens Sancta sanctorum:  
per quam sol justitiæ & Pontifex  
noster secundum ordinem Melchise-  
dech ingreditúr & egréditur.

*Te Deum laudamus. 13.*

**MENSE MARTIO**

*Ante Quadragesimam.*

Ex libri Sancti Irenæi Episcopi &  
Martyris adversus hæreses.

*Lectio iij. Lib. 5. cap. 19.*

**I**N sua própria veniente Domino,  
& sua própria eum bajulante condi-  
tione, quæ bajulatur ab ipso, &  
recapitulatióne ejus quæ in ligno  
fuit inobediéntiæ, per eam quæ in lig-  
no est, obediéntiam faciente, & seduc-  
tione illa soluta, quæ seducta est  
male illa, quæ jam viro destinata erat  
virgo Heva, per veritatem evangeli-  
zata est bene ab Angelo jam sub viro  
Virgo Maria. Quemadmodum enim  
per Angélicum sermonem seducta  
est, ut effugeret Deum, prævarica-  
tâta verbum ejus: ita & hæc per  
Angélicum sermonem evangelizata  
est, ut portaret Deum, obedi-  
ens ejus verbo. Et sicut illa seduc-  
ta est, ut effugeret Deum; sic hæc  
suâs esse obedire Deo, ut virginis  
Hevæ Virgo Maria fieret advocata.  
Et quemadmodum adstrictum est  
morte gens humanam pro virgine-  
nem, solvatur per Virginem: aqua  
lance disposita virginâlis inobedién-  
tia



tia, per virginalem obediëntiam.  
Te Deum laudamus. 13.

## MENSE APRILL

De Expositiõne Sancti Hieronymi  
Presbyteri in Ezechielem  
Prophetam.

Lectio iij. Lib. 13. in cap. 44.

**P**Orta hæc clausa erit, & non aperietur. Pulchrè quidam portam clausam, per quam solus Dõminus Deus Israël ingreditur, & dux, cui porta clausa est, Mariam Virginem intelligennt: quæ & ante partum, & post partum virgo permansit. Etenim tempore, quo Angelus loquebatur: Spiritus sanctus veniet super te, & virtus Altissimi obumbrabit te: quod autem nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei: & quando natus est, virgo permansit æterna: ad confundendos eos, qui arbitrantur eam post natiuitatem Salvatoris habuisse de Joseph filios, ex occasione fratrum ejus, qui vocantur in Evangelio.

Te Deum laudamus. 13.

## MENSE MAJO.

Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi de Symbolo ad Catechumenos.

Lib. 3. cap. 4. in fine, tom. 9.

Lectio iij.

**P**Er feminam mors, per feminam vita: per Hevam interitus, per Mariam salus. Illa corrupta secuta est seductorem; hæc integra peperit Salvatorem. Illa pòculum à serpente propinatam libenter accepit, & viro tradidit, ex quo simul mererentur occidi: hæc, grãtia cœlesti desuper infusa, vitam protulit, per quam caro mortua possit resuscitari. Quis est qui hæc operatus est, nisi Virginis filius, & virginum sponsus: qui attulit Matri fecunditatem, sed non abstulit integritatem?

Te Deum laudamus. 13.

Ad Laudes, & per Horas, omnia ut supra; sed in RR. Horarum ad-

duntur duo Allelõia, si sit tempus Paschale. cxxx.

## OFFICIUM PARVUM

Beata Mariæ non dicitur, quando fit Officium ix. Læctionum, nec in Vigilia Natiuitatis Domini, nec in Feriis maioris Hebdomadæ, nec infra Octavas Paschæ & Pentecostes, nec in Sabbatis quando fit Officium de Sancta Mariæ. Quibus diebus omittitur à j. Vesperis, & in Vigilia Natiuitatis à Matutino. Cum dicitur in Choro, in Matutinis & Vesperis præponitur Officio diei, in aliis Horis postponitur. Prima dicitur post Benedicimus Dõmino, antequam legatur Martyrologium. Extra Chorum potest diei per temporis opportunitate.

## OFFICIUM B. MARIÆ

Extra Adventum.

Ad Vesperas, Ave Maria secretò, quæ dicitur semper in principio omnium Horarum B. Mariæ, quando non conjunguntur cum Officio diei.

**D**Eus in adiutorium meum intendens. R. Dõmine ad adiuvandum me festina. Glõria Patri, & Filio. Sicut erat in principio. In fine Allelõia ad omnes Horas per totum annum, præterquam à Septuagesima usque ad Sabbatum sanctum, cujus loco tunc dicitur Laus tibi Dõmine, Rex æternæ glõriæ. Antiphona. Dum esset Rex.

Psalmus 109.

**D**ixit Dõminus Dõmino meo: \* Sede à dextris meis.  
Donec ponam inimicos tuos, \* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dõminus ex Sion: \* dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: \* ex atero ante luciferum genui te.

Juravit Dõminus, & non penitèbit eum: \* Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dõ-

Dõminus à dextris tuis, \* confrègit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: \* conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: \* propitèrèa exaltabit caput.

Glõria Patri, & Filio.

Antiphona. Dum esset Rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Antiphona. Læva ejus.

Psalmus 112.

**L**Audate pueri Dõminum: \* laudate nomen Dõmini.

Sit nomen Dõmini benedictum, \* ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, \* laudabile nomen Dõmini.

Excelsus super omnes Gentes Dõminus: \* & super cœlos glõria ejus.  
Quis sicut Dõminus Deus noster, qui in altis habitat, \* & humilia respicit in caelo & in terra?

Suscitans à terra inopem, \* & de stercore erigens pauperem: \* ut collocaet eum cum principibus, \* cum principibus pòpuli sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, \* matrem filiorum lætãntem.

Glõria Patri, & Filio.

Antiphona. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Antiphona. Nigra sum.

Psalmus 121.

**L**ætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: \* In domum Dõmini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, \* in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: \* cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dõmini: \* testimonium Israël ad confitendum nòmini Dõmini.

Quia illic sederunt sedes in judicio, \* sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem: \* & abundantia diligèntibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos: \* loquebar pacem de te.

Propter domum Dõmini Dei nostri, \* quæsiui bona tibi.

Glõria Patri, & Filio.

Antiphona. Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem: ideo dilexisti me Rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Antiphona. Jam hieus transiit.

Psalmus 126.

**N**isi Dõminus ædificaverit domum, \* in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

Nisi Dõminus custodierit civitatem, \* frustrat vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: \* surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: \* ecce hereditas Dõmini, filii: merces, fructus ventris.

Sicut sagitta in manu potentis, \* ita filii excussorum.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: \* non confundetur cum loqueretur inimicis suis in porta.

Glõria Patri, & Filio.

Antiphona. Jam hieus transiit, imber abiit, & recessit: surge amica mea, & veni.

Antiphona. Speciosa facta es.

Psalmus 147.

**L**auda Jerusalem Dõminum: \* lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: \* benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: \* & adipe frumentis satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: \* velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: \* nebulam sicut cinerem spargit.

Mit-



Mittit crystallum suam sicut buccellas: \* ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea, \* flabit spiritus eius, & fluent aquae.

Qui annuntiat verbum suum Jacob: \* justitias & iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: \* & iudicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri, & Filio.

**Añs.** Speciosa facta es & suavís in deliciis tuis, Sancta Dei Genitrix.

**Capitulum.** *Eccli 24. b*

**A**B initio, & ante saecula creata sum, & usque ad futurum saeculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi. *ky.* Deo gratias.

**Hymnus.**

**A**ve-maris stella,  
Dei Mater alma,  
Atque semper Virgo  
Felix coeli porta.

Sumens illud Ave  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Hevæ nomen.  
Solve vincula reis,

Profer lumen caecis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.  
Monstra te esse Matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus  
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Jesum  
Semper collatémur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritui sancto,  
Tribus honor unus. Amen.

**V.** Diffusa est gratia in labiis tuis.

**R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Beata Mater, & intacta Virgo, gloriosa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dóminum. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. **V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**Oratio.**

**C**oncède nos famulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & corporis sanitate gaudere; & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, a præsentí liberari tristitia, & ætérna pærfrii lætitiâ. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

**Sequens Commemoratio pro Sanctis fit tantum ad Vesperas & Laudes in Officio Sanctæ Mariæ præterquam in Adventu: cuius loco tunc alia dicitur, ut infra. *clj.***

**Añs.** Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniúmque salute. **V.** Letamini in Dómino & exultate iusti. **R.** Et gloriamini omnes recti corde.

**Oratio.**

**P**rótege Dómine pópulum tuum, & Apostolorum tuorum Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpétua defensione conserva.

**O**mnes Sancti tui, quæsumus Dómine, nos ubique adjuvent; ut dum eorum mérita recólimus, patrocinia sentiamus: & pacem tuam nostris concède temporibus, & ab ecclésia tua cunctam repelle nequitiam: iter, actus, voluntates nostras, & ómnium famulorum tuorum, in salutis tuæ prosperitate dispónne: benefactoribus nostris sempitérna bona retribue: & ómnibus fídelibus defunctis réquiem ætérnam concède. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, &c.

AD

AD COMPLETORIUM.

Ave Mariæ. *ut supra. V.*

**C**onverte nos Deus salutaris nos-ter. **R.** Et averte iram tuam à nobis. **V.** Deus in adiutorium meum intende. **R.** Dómine ad adiuvandum me festina. Gloria Patri. Alleluia.

**Psalmus 128.**

**S**epè expugnaverunt me à juventute mea, \* dicit nunc Israel. Sæpè expugnaverunt me à juventute mea: \* etenim non potuerunt mihi.

Suprà dorsum me fabricaverunt peccatores: \* prolongaverunt iniquitatem suam.

Dóminus justus concidit cervices peccatorum: \* confundantur & convertantur retrorsum omnes, qui odierunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectorum: \* quod priusquam evellatur, exaruit: De quo non implèvit manum suam qui metit, \* & sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos: \* benediximus vobis in nomine Dómini. Gloria Patri, & Filio.

**Psalmus 129.**

**D**e profundis clamavi ad te Dómine: \* Dómine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: \* in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observáveris Dómine, \* Dómine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: \* & propter legem tuam sustinuit te Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus: \* speravit ánima mea in Dómino. A custodia matutina usque ad noctem, \* speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: \* & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, \* ex ómnibus iniquitatibus ejus. Gloria Patri, & Filio.

**Psalmus 130.**

**D**omine non est exaltatum cor meum: \* neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis, \* neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: \* sed exaltavi ánima meam:

Sicut ablactatus est super matrem suam, \* ita retributio in ánima mea.

Speret Israel in Dómino \* ex hoc nunc & usque in saeculum.

Gloria Patri, & Filio.

**Hymnus.**

**M**emento rerum Cónditor, Nostrí quod olim corporis, Sacratá ab alvo Virginis Nascente, formam sumpseris. Maria Mater grátia

Dulcis Parens cleméntiæ,  
Tu nos ab hoste prótege,  
Et mortis hora suscipe.  
Jesu tibi sit glória.

Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu  
In sempitérna saecula. Amen.

**Capitulum.** *Eccli 24. c*

**E**go mater pulchre dilectionis & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. **R.** Deo gratias. **V.** Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix. **R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

**Ad Nunc dimittis, Antiphona.**

Sub tuum præsidium confugimus Sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus; sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa & benedicta. Kyrie eléison. Kyrie eléison. **V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**Oratio.**

**B**eatæ & gloriosæ semper Virginis Mariæ, quæsumus Dómine, in-



tercésio gloriôsa nos protégat, & ad vitam perducât æternam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, &c.

## AD MATUTINUM

De beata Mariâ.

Ave Mariâ, ut supra cxxxvii. *V.* Omnelábiam aperiés. *R.* Et os meum annuntiábit laudem tuam. *V.* Deus in adiutorium.

Gloria Patri, & Filio. Alleluia. *Invitatorium.* Ave Mariâ, grátia plena: \* Dóminus tecum. *Psalmus.* Venite, exultémus. 1.

## Hymnus.

**Q**uem terra, pontus, sidera  
Colunt, adorant, prædicant,  
Trinam regentem machinam  
Clausuram Mariæ bájulat.  
Cui luna, sol, & omnia  
Deserviunt per tempora,  
Perfusa cœli grátia,  
Gestant puellæ viscera.  
Beata Mater munere,  
Cujus supernus Artifex,  
Mundum pugillo continens,  
Ventrís sub arca clausus est.  
Beata cœli nómto,  
Fecunda sancto Spiritu,  
Desiderátus géntibus  
Cujus per alvum fusus est.  
Jesu tibi sit glória,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu,  
In sempiterna secula. Amen.

Quando fit Officium in. Lectio-  
num S. Mariæ, dicuntur tres sequen-  
tes Nocturni, cum suis Psalmis &  
Antiphonis, nisi alia Antiphona  
assignentur: Absolutiones verò &  
Benedictiones, ut in prima Domini-  
ca de Adventu. 126.

## TRES PSALMI

Sequentes dicuntur Feria secunda,  
& quinta ad Nocturnum.  
Antiphona. Benedicta tu.

## Psalmus 8.

**D**omine Dóminus noster, \*  
quam admirabile est nomen  
tuum in universa terra!

Quóniam elevata est magnificen-  
tia tua \* super cœlos.

Ex ore infantium & lactentium  
perfectisti laudem propter inimicos  
tuos, \* ut destruas inimicum &  
ultorem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópe-  
ra digitorum tuorum: \* lunam &  
stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor  
es ejus? \* aut filius hóminis,  
quóniam visitas eum.

Minuisti eum paulo minús ab An-  
gelis, glóriâ & honóre coronásti  
eum: \* & constituisti eum super  
ópera mánuum tuarum.

Omnia subjecti sub pèdibus  
ejus, \* oves & boves universas: in-  
super & pécora campi.

Vólucres cœli, & pisces maris, \*  
qui perambulant sémitas maris.

Domine Dóminus noster, \* quam  
admirabile est nomen tuum in uni-  
versa terra!

*Añs.* Benedicta tu in mulieribus,  
& benedictus fructus ventris tui.

*Antiphona.* Sicut myrrha.

## Psalmus 18.

**C**œli enarrant glóriam Dei, \*  
& ópera mánuum ejus annun-  
tiant firmamentum.

Dies dié eructat verbum, \* & nox  
nocti indicat sciéntiam.

Non sunt loquela, neque sermões,  
\* quorum non audiántur voces  
eórum.

In omnem terram exivit sonus eó-  
rum: \* & in fines orbis terræ verba  
eórum.

In sole pósuit tabernaculum  
suum: \* & ipse tamquam sponsus  
procédens de thálamo suo:

Exultávit ut gigas ad curréndam  
viam, \* a summo cœlo egressio ejus:

Et

Et occúrsum ejus usque ad sum-  
mum ejus: \* nec est qui se abscon-  
dat à calore ejus.

Lex Dómini immaculata, conver-  
sentes ánimas: \* testimonium Dómini  
fidèle, sapiéntiam præstans pár-  
vulis.

Justitiæ Dómini rectæ, laticifan-  
tes corda: \* præceptum Dómini lí-  
cidum; illuminans oculos.

Timor Dómini sanctus, péma-  
nens in sæculum sæculi: \* judicia Dó-  
mini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lá-  
pidem pretiosum multum: \* & dul-  
ciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea, \*  
in custodiendis illis retributio multa.  
Delicta quis intelligit? ab occultis  
meis munda me: \* & ab aliénis par-  
ce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc  
immaculatus ero: \* & emundabor  
à delicto máximo.

Et erunt ut compláceant eloquia  
oris mei: \* & meditatio cordis mei  
in conspéctu tuo semper.

Domine adjutor meus, \* & re-  
demptor meus.

Gloria Patri, & Filio.

*Antiphona.* Sicut myrrha electa  
odorem dedisti suavitatis Sancta Dei  
Génitrix.

*Antiphona.* Ante torum.

## Psalmus 23.

**D**omini est terra, & plenitudo  
ejus: \* orbis terrarum, &  
universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundávit  
eum: \* & super flumina præpará-  
vit eum.

Quis ascendet in montem Dómini?  
aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens máibus & mundo cor-  
de, \* qui non accépit in vano ani-  
mam suam, nec jurávit in dolo  
proximo suo.

Hic accipiet benedictiónem à Dó-

mino: \* & misericórdiam à Deo  
salutári suo.

Hæc est generatio queréntium  
eum, \* queréntium faciém Dei Jacob.

Attóllite portas principes ves-  
tras, & elevámini portæ æternales, \*  
& introibit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? \* Dó-  
minus fortis & potens, Dóminus  
potens in prelio.

Attóllite portas principes ves-  
tras, & elevámini portæ æternales: \*  
& introibit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? \* Dómi-  
nus virtutum ipse est rex glóriæ.

Gloria Patri, & Filio.

*Añs.* Ante torum hujus Virginis fre-  
quentate nobis dulcia cántica drama-  
tis. *V.* Diffusa est grátia in lábiis  
tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus  
in ætérnum. Pater noster, cum Lec-  
tionibus & reliquis, ut infra. cxxiiij.

Sed in Officio novem Lectionum  
dicitur *V.* Spécie tuâ & pulchritu-  
dine tuâ. *R.* Inténde, prospère pro-  
cède, & regna.

## TRES PSALMI

Sequentes dicuntur Feria tertia &  
sexta ad Nocturnum.

*Antiphona.* Spécie tua.

## Psalmus 44.

**E**ructávit cor meum verbum bo-  
num: \* dico ego ópera mea  
regi.

Lingua mea cálamus scribæ, \* ve-  
lóciter scribentis.

Spéciosus formâ præ filiis hómi-  
num, diffusa est grátia in lábiis  
tuis: \* propterea benedixit te Deus  
in ætérnum.

Accingere gládio tuo super femur  
tuum, \* potentissime,

Spécie tuâ & pulchritudine tuâ \*  
inténde, prospère procède, & regna.

Propter veritatem, & mansueti-  
dinem, & justitiam: \* & deducet te  
mirabiliter dextera tua.

Sa-



Sagittæ tuæ acutæ, pópuli sub te cadent. \* in corda inimicórum regis. Sedes tua Deus in sæculum sæculi: \* virga directiónis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: \* propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & casia à vestiméntis tuis, à domibus eburneis: \* ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, \* circumdata varietate. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: \* & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decórem tuum: \* quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus \* vultum tuum deprecábuntur: omnes divites plebis.

Omnis glória ejus filiæ regis ab intus. \* in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducéntur regi virgines post eam: \* proxime ejus afferentur tibi.

Afferéntur in lætitia & exultatione: \* adducéntur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: \* constitues eos principes super omnem terram.

Mémoires erunt nóminis tui \* in omni generatióne & generatióne.

Propterea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum, \* & in sæculum sæculi. Glória Patri, & Filio.

**Antiphona.** Spécie tuâ, & pulchritudine tuâ intènde, prospère procéde, & regna.

**Antiphona.** Adjuvâbit eam.

**Psalmus 45.**

**D**eus noster refúgium, & virtus, \* adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: \* & transfé-

réntur montes in cor maris.

Sonavérunt, & turbatæ sunt aquæ eórum: \* conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: \* sanctificávit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in médio ejus, non commovebitur: \* adjuvâbit eam Deus manû dilcúlo.

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtutum nobiscum: \* suscepitor noster Deus Jacob.

Venite, & videte ópera Dómini, quæ posuit prodigia super terram: \* auferens bella usque ad finem terræ.

Arctum cónteret, & confringet arma: \* & scuta combúret igni.

Vacatè & videte, quóniam ego sum Deus: \* exaltabor in géntibus, & exaltabor in terra.

Dóminus virtutum nobiscum: \* suscepitor noster Deus Jacob.

Glória Patri, & Filio.

**Antiphona.** Adjuvâbit eam Deus vultu suo: Deus in médio ejus, non commovebitur.

**Antiphona.** Sicut lætántium.

**Psalmus 86.**

**F**undaménta ejus in montibus sanctis: \* diligit Dóminus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, \* civitas Dei.

Mémoro ero Rahab & Babylónis \* sciéntium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & pópulus Æthiopum, \* hi fuérunt illic.

Númquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea, \* & ipse fundavit eam Altissimus.

Dóminus narrabit in scriptúris pópulorum, & principum: \* horum, qui fuérunt in ea.

Sic-

Sicut lætántium ómnium \* habitatio est in te.

Glória Patri, & Filio.

**Antiphona.** Sicut lætántium ómnium nostrum habitatio est in te, Sancta Dei Génitrix. **V.** Diffusa est grátia in fávibus tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum. Pater noster, cum **lectionibus**, & reliquis, ut **infra**, **cxlij.**

**Sed in Officio novem Lectionum dicitur V.** Adjuvâbit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in médio ejus, non commovebitur.

### TRES PSALMI

Sequentes dicuntur Feria quarta & Sabbato ad Nocturnum.

**Antiphona.** Gaude Maria Virgo.

**Psalmus 95.**

**C**antate Dómino cánticum novum: \* cantate Dómino omnis terra.

Cantate Dómino, & benedicite nómini ejus: \* annuntiáte de die in diem salutæ ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus, \* in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis: \* terribilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium dæmónia: \* Dóminus autem cælos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus: \* sanctimónia & magnificentia in sanctificatióne ejus.

Afferte Dómino pátrie Géntium, afferte Dómino glóriam & honórem: \* afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus: \* adoráte Dóminum in atrio sancto ejus.

Commovéatur à facie ejus univérsa terra: \* dicite in Géntibus, quia Dóminus regnâvit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovebitur: \* judicabit póp-

**Pars Hyemalis.**

pulos in aequitate.

Lætetur cœli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus: \* gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum à facie Dómini, quia venit: quóniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in aequitate. Glória Patri, & Filio.

**Antiphona.** Gaude Maria Virgo, cunctas hereses sola interemisti in univérso mundo.

**Antiphona.** Dignare me.

**Psalmus 96.**

**D**ominus regnâvit, exultet terra: \* lætetur insule multe. Nubes, & caligo in circuitu ejus, \* justitia, & júdiciu corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: \* vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à facie Dómini: \* à facie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justitiam ejus: \* & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, \* & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus: \* audivit, & lætata est Sion.

Et exultavérunt filie Judæ, \* propter júdicia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altissimus super omnem terram: \* nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum: \* custodit Dóminus animas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, \* & rectis corde lætitia.

Lætámini justí in Dómino: \* &

Ooo

con-



confitemini memoriæ sanctificati-  
onis ejus.

Glória Patri, & Filio.

**Antiphona.** Dignare me laudare  
te, Virgo sacrata: da mihi virtutem  
contra hostes tuos.

**Antiphona.** Post partum.

**Psalmus 97.**

**C**antate Dómino canticum novum,  
\* quia mirabilia fecit.  
Salvavit sibi dextera ejus, \* &  
bráchiúm sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutare  
suum: \* in conspectu Géntium re-  
velavit justitiam suam.

Recordatus est misericórdiæ suæ,  
& veritatis suæ dómi Israël.

Viderunt omnes términi terræ \*  
salutare Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra: \* can-  
tate, & exultate, & psállite.

Psállite Dómino in cithara, in ci-  
thara & voce psalmi: \* in tubis duc-  
tilibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspectu Regis Dó-  
mini: \* moveátur mare, & plenitudo  
ejus: orbis terrarum, & qui há-  
bitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul  
montes exultábunt a conspectu Dómi-  
ni: \* quoniam venit iudicare terram.

Judicabit orbem terrarum in jus-  
titiá, \* & pópulos in æquitate.

Glória Patri, & Filio.

**Antiphona.** Post partum virgo in-  
violata permansisti, Dei Génitrix  
intercede pro nobis. **V.** Diffusa est  
grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea  
benedixit te Deus in æternum.

**Sed in Officio novem Lectionum  
dicitur V.** Elégit eam Deus, & præ-  
elégit eam. **R.** In tabernáculo suo  
habitare facit eam. Pater noster.  
**Secretó V.** Et nenos inducas in ten-  
tationem. **R.** Sed libera nos a malo.

**Absolutio.**

**P**réciibus & méritis beátæ Mariæ  
semper Virginis, & ómnium

Sanctorum, perdúcat nos Dóminus  
ad regna cælórum. **R.** Amen.

**V.** Jube domne benedicere. **Bene-  
dictio.** Nos cum prole pia benedi-  
cat Virgo María. **R.** Amen.

**LECTIO I.** *Eccli 24.*

**I**n ómnibus réquiem quæsiivi, &  
in hæreditate Dómini morabor.  
Tunc præcépit, & dixit mihi Créa-  
tor ómnium: & qui creávit me, re-  
quievit in tabernáculo meo, & di-  
xit mihi: In Jacob inhabita, & in  
Israël hæreditare, & in electis meis  
mitte radices. Tu autem Dómine mi-  
serere nobis. **R.** Deo grátias.

**R.** Sancta & immaculata virginitas,  
quibus te laudibus éfferam, nescio:  
\* Quia quem cæli capere non póte-  
rant, tuo grémio contulisti. **K.** Be-  
nedicta tu in mulieribus, & benedic-  
tus fructus ventris tui. Quia quem.  
**V.** Jube domne benedicere. **Bened.**  
Ipsa Virgo virginum intercedat pro  
nobis ad Dóminum. **R.** Amen.

**LECTIO II.**

**E**T sic in Sion firmata sum, & in  
civitate sanctificata similiter  
requievi, & in Jérusalem potestas  
mea. Et radicavi in pópulo honorifica-  
to, & in parte Dei mei hæreditas  
illius, & in plenitudine sanctorum  
detentio mea. Tu autem Dómine.

**R.** Beata es Virgo María, que Dó-  
minum portásti Creatórem mundi:  
\* Genuiti qui te fecit, & in æter-  
num pórmanes virgo. **V.** Ave Ma-  
ria, grátia plena: Dóminus tecum.  
Genuiti. **V.** Jube domne benedi-  
cere. **Benedictio.** Per Virgínem Ma-  
trem concedat nobis Dóminus salú-  
tem & pacem. **R.** Amen.

**LECTIO III.**

**Q**uasi cedrus exaltata sum in  
Libano, & quasi cypressus in  
monte Sion: quasi palma exal-  
tata sum in Cades, & quasi plantá-  
tio rose in Jéricho: quasi oliva spe-  
ciósa in campis, & quasi plátanus  
exal-

exaltata sum juxta aquam in pla-  
téis. Sicut cinnamómum, & bálsa-  
mum aromatizans odorem dedi: qua-  
si myrrha electa dedi suavitate  
odoris. Tu autem Domine.

**R.** Felix namque es sacra Virgo  
María, & omni laude dignissima.  
\* Quia ex te ortus est sol justitiæ.  
\* Christus Deus noster. **V.** Ora pro  
pópulo, interveni pro clero, inter-  
cede pro devoto fœmineo sexu: sên-  
tiant omnes tuum juvámem, quicúm-  
que celebrant tuam sanctam Com-  
memoratióem. Quia. Glória Patri.  
Christus.

**AD LAUDES, V.**

**D**Eus, in adiutorium meum in-  
tende. **R.** Domine ad adju-  
vandum me festina. Glória. Alleluia,  
**Antiphona.** Assumpta est.

**Psalmus 92.**

**D**ominus regnavit decorem in-  
dutus est: \* indutus est Dó-  
minus fortitudinem, & præcinxit se.  
Etenim firmavit orbem terræ, \*  
qui non commovébitur.

Parata sedes tua ex tunc: \* a sæ-  
culo tu es.

Elevaverunt flúmina Dómine: \*  
elevaverunt flúmina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos, \*  
à vóciibus aquarum multarum.

Mirabiles elatiónes maris, \* mi-  
rábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibilia facta  
sunt nimis: \* domum tuam decet  
sanctitudo Dómine in longitudi-  
nem dierum.

Glória Patri, & Filio.

**Antiphona.** Assumpta est María  
in cælum, gaudens Angeli, laudan-  
tes benedicunt Dóminum.

**Antiphona.** María Virgo.

**Psalmus 99.**

**J**ubiláte Deo omnis terra: \* se-  
vite Dómino in lætitiá.

Introlite in conspectu ejus, \*  
in exultatióem.

Scitote quoniam Dóminus ipse est  
Deus: \* ipse fecit nos, & non ipsi nos:

Pópulus ejus & oves pascuæ ejus: \*  
introlite portas ejus in confessione,  
átia ejus in hymnis: confitemini illi.

Laudate nomen ejus: quoniam  
suavis est Dóminus in æternum  
misericórdia ejus, \* & usque in  
generatióem & generatióem veritatis  
ejus.

Glória Patri, & Filio.  
**Antiphona.** María Virgo assumpta  
est ad æthærum thálamum, in quo  
Rex regum stellato sedet sólio.

**Antiphona.** In odorem.

**Psalmus 62.**

**D**Eus Deus meus \* ad te de luce  
vigilo.

Sitivit in te ánima mea, \* quam  
multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, & in via, & in-  
aquosa: \* sic in sancto apparui tibi,  
ut vidérem virtutem tuam, & gló-  
riam tuam.

Quoniam melior est misericórdia  
tua super vitas: \* labia mea laudá-  
bunt te.

Sic benedicam te in vita mea: \* &  
in nómine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repléat-  
ur ánima mea: \* & lábiis exulta-  
tionis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum  
meum, in matutinis meditabor in  
te: \* quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum  
exultábo, adhæsit ánima mea post  
te: \* me suscepit dextera tua.  
Ipsi vero in vantum quæsierunt  
ánimam meam, introibunt in inferi-  
ora terræ: \* tradentur in manus glá-  
dii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, lau-  
dabuntur omnes qui jurant in eo: \*  
quia obstrúctum est os loquentium  
iniqua.

**Hic non dicitur** Glória Patri.



## Psalms 66.

**D**Eus miseretur nostri, & benedicat nobis: \* illumine vultum suum super nos, & miseretur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: \* in omnibus gentibus salutarem tuam.

Confiteantur tibi populi Deus: \* confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes: \* quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: \* terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: \* & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio.

**Antiphona.** In odorem unguentorum tuorum currimus, adolescentule dilexerunt te nimis.

**Antiphona.** Benedicite filia.  
Canticum trium puerorum.

*Danielis 3. e*

**B**enedicite omnia opera Domini Domino: \* laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: \* benedicite cæli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino, \* benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol, & luna Domino: \* benedicite stellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber, & ros Domino: \* benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis, & æstus Domino: \* benedicite frigus, & æstus Domino.

Benedicite rores, & pruina Domino: \* benedicite gelu, & frigus Dño.

Benedicite glacies, & nives Domino: \* benedicite noctes, & dies Dño.

Benedicite lux, & tenebræ Domino: \* benedicite fulgura, & nubes Domino.

Benedicat terra Domino: \* lau-

det, & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes, & colles Domino: \* benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: \* benedicite maria, & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia, quæ moventur in aquis, Domino: \* benedicite omnes volucres cæli Domino.

Benedicite omnes bestię, & pecora Domino: \* benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israël Domino: \* laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino: \* benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus & animarum tuorum Domino: \* benedicite sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: \* laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu: \* laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cæli: \* & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

**Hic non dicitur Gloria Patri, neque Amen.**

**Antiphona.** Benedicta filia tu à Domino: quia per te fructum vite communicavimus.

**Antiphona.** Pulchra es.

*Psalms 148.*

**L**audate Dominum de cælis: \* laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli ejus: \* laudate eum sol & luna: \* laudate eum omnes stellæ, & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: \* & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: \* ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum

## Psalms 150.

**L**Audate Dominum in sanctis ejus: \* laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: \* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: \* laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: \* laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: \* omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, & Filio.

**Antiphona.** Pulchra es, & decora filia Jerusalem: terribilis ut castrosum acies ordinata.

**Capitulum.** *Cant. 6. e*

**V**iderunt eam filię Sion, & beatissimam predicaverunt, & reginæ laudaverunt eam. **R.** Deo gratias.

**Hymnus.**

**O** gloriosa Virgine, Sublimis inter sidera, Qui te creavit parvulum Lactente nutris ubere.

Quod Heva tristis abstulit, Tu reddis almo germine: Intrent ut astra flebiles, Cæli recludis cardines.

Tu regis alti janua, Et aula lucis fulgida: Vitam datam per Virginem Gentes redempte plaudite.

Jesu tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, & almo Spiritu In sempiterna sæcula. Amen.

**R.** Benedictus tu in mulieribus.

**R.** Et benedictus fructus ventris tui.

**A.** Beata Dei Genitrix.

**Luc. 1. g**

**B**enedictus Dominus Deus Israel, \* quia visitavit, & fecit

lum sæculi: \* præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra, \* dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: \* quæ faciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles, \* ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ, & universa pecora: \* serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: \* principes, & omnes iudices terræ.

Juvenes, & virgines: senes cum junioribus laudent nomen Domini: \* quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum, & terram: \* & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: \* filiis Israël, populo appropinquanti sibi.

**Hic non dicitur Gloria Patri.**

*Psalms 149.*

**C**antate Domino canticum novum: \* laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israël in eo, qui fecit eum: \* & filii Sion exultent in regesuo.

Laudent nomen ejus in choro: \* in tympano, & psalterio psallent ei: Quia beneplacitum est Domino in populo suo: \* & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: \* lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: \* & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: \* increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum incompedibus: \* & nobiles eorum in manibus ferreis.

Ut faciat in eis iudicium conscriptum: \* gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

**Hic non dicitur Gloria Patri.**



cit redemptionem plebis suæ :  
Et erexit cornu salutis nobis : \* in  
domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum,\*  
quia à sæculo sunt, prophetarum ejus :  
Salutem ex inimicis nostris : \* & de  
manu omnium, qui oderunt nos :

Ad faciendam misericordiam cum  
patribus nostris : \* & memorari tes-  
tamenti sui sancti.

Jurandum, quod juravit ad  
Abraham patrem nostrum, \* datu-  
rum se nobis :

Utsine timore, de manu inimicorum  
nostrorum liberati, \* serviamus illi.  
In sanctitate, & iustitia coram ip-  
so, \* omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi  
vocaberis : \* præbis enim ante faci-  
em Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis ple-  
bi ejus, \* in remissionem peccatorum  
eorum :

Per viscera misericordiae Dei nostri : \*  
in quibus visitavit nos, oriens ex alto :

Illuminare his, qui in tenebris, &  
in umbra mortis sedent : \* ad diri-  
gendos pedes nostros in viam pacis.  
Gloria Patri, & Filio.

**Aññ.** Beata Dei Genitrix Maria, virgo  
perpetua, templum Domini, sacrari-  
um Spiritus sancti: sola sine exem-  
plo placuisti Domino nostro Jesu  
Christo: ora pro populo, interveni  
pro clero, intercede pro devoto femi-  
nino sexu. Kyrie eleison. Christe  
eleison. Kyrie eleison. **V.** Dominus  
vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

## Oratio.

**D**eus, qui de beatae Mariæ Virgi-  
nis utero Verbum tuum, & An-  
gelo nuntiante, carnem suscipere  
voluisti: præsta supplicibus tuis; ut  
qui verè eam Genitricem Dei credi-  
mus, ejus apud te intercessionibus  
adiuvemur. Per eundem Christum  
Dominum nostrum. **R.** Amen.

**Pro Sanctis, Aññ.** Sancti Dei om-

nes intercedere dignemini pro nos-  
tra omniumque salute. **V.** Latamini  
in Domino & exultate just.  
**R.** Et gloriamini omnes recti corde.

## Oratio.

**P**rotege Domine populum tuum,  
& Apostolorum tuorum Petri  
& Pauli, & aliorum Apostolorum  
patrocinio confidentem, perpetua  
defensione conserva.

**O**mnes Sancti tui, quæsumus Do-  
mine, nos ubique adjuvent; ut  
dum eorum merita recolimus, patro-  
cinia sentiamus: & pacem tuam nos-  
tris concede temporibus, & ab Ec-  
clesia tua cunctam repelle nequi-  
tiam: iter, actus, & voluntates  
nostras, & omnium famulorum tuo-  
rum, in salutis tue prosperitate dis-  
pone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: & omnibus  
fidelibus defunctis requiem æternam  
concede. Per Dominum, &c.

## A D P R I M A M.

Ave Maria, &c. **V.**

**D**eus in adiutorium meum in-  
tende. **R.** Domine ad adju-  
vandum me festina. Gloria Patri.  
Alleluia. **Hymnus.**

**M**emento rerum Conditor,  
Nostri quod olim corporis,  
Sacratâ ab alvo Virginis  
Nascendo, formam sumpseris.

Maria Mater gratiæ,  
Dulcis Parens clemëntiæ,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis hora suscipe.

Jesu tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

**Antiphona.** Assumpta est.

## Psalmus 53.

**D**eus in nomine tuo salvum me  
fac: \* & in virtute tua iudica me.  
Deus exaudi orationem meam: \*  
auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt ad-  
ver-

versum me, & fortes quasi erunt  
animam meam: \* & non proposue-  
runt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me: \* &  
Dominus susceptor est anime meæ.  
Averte mala inimicis meis: \* & in  
veritate tua disperse illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, \* &  
confitebor nomini tuo Domine: quon-  
iam bonum est:

Quoniam ex omni tribulatione eri-  
pisti me: \* & super inimicos meos  
despexit oculus meus.

Gloria Patri, & Filio.

## Psalmus 84.

**B**enedixisti Domine terram  
tuam: \* avertisti captivitatem  
Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ:  
operuisti omnia peccata eorum.  
Mitigasti omnem iram tuam: \*  
avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus salutaris nos-  
ter: \* & averte iram tuam a nobis.  
Numquid in æternum irasceris ho-  
bis? \* aut extendes iram tuam à  
generatione in generationem?

Deus tu conversus vivificabis nos:  
& plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine misericor-  
diam tuam: \* & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Do-  
minus Deus: \* quoniam loquetur  
pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: \* & in eos,  
qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum  
salutare ipsius: \* ut inhabitet gloria  
in terra nostra.

Misericordia, & veritas obviaverunt  
sibi: \* justitia, & pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est: \* & jus-  
titia de caelo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignita-  
tem: \* & terra nostra dabit fructum  
suum.

Justitia ante eum ambulabit: \* &  
ponet in via gressus suos.

Gloria Patri, & Filio.

## Psalmus 116.

**L**audate Dominum omnes Gen-  
tes: \* laudate eum omnes populi:  
Quoniam confirmata est super  
nos misericordia ejus: \* & veritas  
Domini manet in æternum.

Gloria Patri, & Filio.

**Antiphona.** Assumpta est Maria  
in caelum, gaudens Angeli, laudan-  
tes benedictum Dominum.

## Capitulum.

Cont. G. c.

**Q**uæ est ista, quæ progreditur  
quasi aurora consurgens, pul-  
chra ut luna, electa ut sol, ter-  
ribilis ut castrorum acies ordinata?  
**R.** Deo gratias. **V.** Dignare me  
laudare te, Virgo sacrata. **R.** Da  
mihî virtutem contra hostes tuos.  
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie  
eleison. **V.** Dominus vobiscum.

## Oratio.

**D**eus, qui virginalem aulam  
beatae Mariæ, in qua habitæ-  
res, eligere dignatus es: da quæsum-  
us; ut sua nos defensione munitos,  
jucundos facias sua interesse com-  
memorationi. Qui vivis & regnas.

## A D T E R T I A M.

Ave Maria, &c. **V.**  
**D**eus in adiutorium meum in-  
tende. **R.** Domine ad adju-  
vandum me festina. Gloria Patri.  
Alleluia.

## Hymnus.

**M**emento rerum Conditor,  
Nostri quod olim corporis,  
Sacratâ ab alvo Virginis  
Nascendo, formam sumpseris.

Maria Mater gratiæ,  
Dulcis Parens clemëntiæ,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis hora suscipe.

Jesu tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

**Antiphona.** Maria Virgo.

Ooo 4

Psal-



Psalms 119.

**A**D Dñm cum tribulerer  
clamavi: & exaudivit me.

Dñe libera animam meam à  
labiis iniquis, & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur  
tibi \* ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus  
desolatoriis.

Hæc mihi, quia incolatus meus  
prolongatus est: habitavi cum habitantibus  
Cedar: \* multam incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram  
pacificus: \* cum loquebar illis, impugnabant  
me gratis.

Glória Patri, &amp; Filio.

Psalms 120.

**L**Evavi oculos meos in montes,  
unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Dño, \* qui fecit  
cælum & terram.

Non det in commotionem pedem  
tuum: \* neque dormiet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet,  
\* qui custodit Israël.

Dñus custodit te, Dñus protectio tua  
\* super manum dexteram tuam:

Per diem sol non uret te, \* neque luna  
per noctem.

Dñus custodit te ab omni malo: \* custodiat  
animam tuam Dñus.

Dñus custodiat introitum tuum, & exitum  
tuum: \* ex hoc nunc, & usque in  
sæculum.

Glória Patri, &amp; Filio.

Psalms 121.

**L**Etatus sum in his, quæ dicta sunt  
mihi: \* In domum Dñni ibimus.

Stantes erant pedes nostri, \* in atribus  
tuis Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas:  
\* cuius participatio ejus in idipsum.

Illic enim ascenderunt tribus, tri-

bus, Dñni: \* testimonium Israël ad  
confitendum nōmi Dñni.

Quia illic sederunt sedes in iudicio,  
\* sedes super domum David.

Rogatæ quæ ad pacem sunt Jerusalem:  
\* & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: \* & abundantia  
in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos  
meos: \* loquebar pacem de te.

Propter domum Dñni Dei nostri,  
\* quæsi bona tibi.

Glória Patri, & Filio.

**Antiphona:** Maria Virgo assumpta  
est ad æthereum thalamum, in quo  
Rex regum stellato seder soho.

**Capitulum.** *Eccli 24. b*

**E**T sic in Sion firmata sum, & in  
civitate sanctificata similiter requievi,  
& in Jerusalem potestas mea.

**R.** Deo gratias. **V.** Diffusa est gratia  
in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit  
te Deus in æternum. Kyrie eleison.

Christe eleison. Kyrie eleison. **V.** Dñus  
vobiscum. **Oratio.**

**D**Eus, qui salutis æternæ, beatæ  
Mariæ virginitate secundæ, humano  
generi præmia præstitisti: tribue  
quæsumus, ut ipsam pro nobis  
intercedere sentiamus, per quam  
meritum auctorem vitæ suscipere,  
Dñum nostrum Jesum Christum  
Filium tuum: Qui tecum, &c.

**A D S E X T A M.**

**Ave Maria, &c. V.**

**D**Eus in adiutorium meum  
intende. **R.** Dñe ad adiuvandum  
me festina. Glória Patri. Alleluia.

**Hymnus.**

**M**emento rerum Conditor,  
Nostri quod olim corporis,  
Sacratâ ab alvo Virginis  
Nascendo, formam sumpseris.

Maria Mater gratiæ,  
Dulcis Parens clementiæ,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis horâ suscipe.

Jesu tibi sit gloria,

Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

**Antiphona.** In odorem.

**Psalms 122.**

**A**D te levavi oculos meos, \* qui  
habitâs in cælis.

Ecce sicut oculi servorum, \* in  
manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus  
dominæ suæ: \* ita oculi nostri,  
ad Dñum Deum nostrum donec  
misereretur nostri.

Miserere nostri Dñe, miserere  
nostri: \* quia multum repleti sumus  
despectione:

Quia multum repleta est anima  
nostra: \* opprobrium abundantibus,  
& despectio superbis.

Glória Patri, & Filio.

Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

**Antiphona.** In odorem.

**Psalms 122.**

**A**D te levavi oculos meos, \* qui  
habitâs in cælis.

Ecce sicut oculi servorum, \* in  
manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus  
dominæ suæ: \* ita oculi nostri,  
ad Dñum Deum nostrum donec  
misereretur nostri.

Miserere nostri Dñe, miserere  
nostri: \* quia multum repleti sumus  
despectione:

Quia multum repleta est anima  
nostra: \* opprobrium abundantibus,  
& despectio superbis.

Glória Patri, & Filio.

**Psalms 123.**

**N**isi quia Dñus erat in nobis,  
dicat nunc Israël: \* nisi quia  
Dñus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in  
nos, \* forte vivos deglutissent nos:

Cum iraceretur furor eorum in  
nos, \* forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiit anima  
nostra: \* forsitan pertransisset anima  
nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dñus \* qui non  
dedit nos, in captivonem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer crepta  
est \* de laqueo venantium:

Laqueus contritus est: \* & nos  
liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine  
Dñi, \* qui fecit cælum & terram.

Glória Patri, & Filio.

**Psalms 124.**

**Q**ui confidunt in Dño, non  
commovēbitur in Jerusalem.

Montes in circuitu ejus: \* & Dñus  
in circuitu populi sui, ex hoc  
nunc, & usque in sæculum.

Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

**Antiphona.** In odorem.

**Psalms 124.**

**Q**ui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

**Antiphona.** In odorem.

**Psalms 124.**

Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

**Antiphona.** In odorem.

**Psalms 122.**

**A**D te levavi oculos meos, \* qui  
habitâs in cælis.

Ecce sicut oculi servorum, \* in  
manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus  
dominæ suæ: \* ita oculi nostri,  
ad Dñum Deum nostrum donec  
misereretur nostri.

Miserere nostri Dñe, miserere  
nostri: \* quia multum repleti sumus  
despectione:

Quia multum repleta est anima  
nostra: \* opprobrium abundantibus,  
& despectio superbis.

Glória Patri, & Filio.

**Psalms 123.**

**N**isi quia Dñus erat in nobis,  
dicat nunc Israël: \* nisi quia  
Dñus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in  
nos, \* forte vivos deglutissent nos:

Cum iraceretur furor eorum in  
nos, \* forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiit anima  
nostra: \* forsitan pertransisset anima  
nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dñus \* qui non  
dedit nos, in captivonem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer crepta  
est \* de laqueo venantium:

Laqueus contritus est: \* & nos  
liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine  
Dñi, \* qui fecit cælum & terram.

Glória Patri, & Filio.

**Psalms 124.**

**Q**ui confidunt in Dño, non  
commovēbitur in Jerusalem.

Montes in circuitu ejus: \* & Dñus  
in circuitu populi sui, ex hoc  
nunc, & usque in sæculum.

Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

**Antiphona.** In odorem.

**Psalms 124.**

**Q**ui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

**Antiphona.** In odorem.

**Psalms 124.**



**Antiphona.** Pulchra es.

**Psalmus 125.**

**I**N convertendo Dóminus captivitatem Sion: \* facti sumus sicut consolati:

Tunc replétum est gaudio os nostrum: \* & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes: \* Magnificavit Dóminus facere cum eis. Magnificavit Dóminus facere nobiscum: \* facti sumus lætantes.

Converte Dómine captivitatem nostram, \* sicut torrens in Austro. Qui seminant in lacrymis, \* in exultatione metent.

Eñtes ibant & flebant, \* mittentes semina sua.

Veniétes autem veniént cum exultatione, \* portantes manipulos suos. Glória Patri, & Filio.

**Psalmus 126.**

**N**isi Dóminus edificaverit domum, \* in vanum laboraverunt qui edificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitatem, \* frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere, \* surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: \* ecce hæreditas Dómini, filii: merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: \* ita filii excussorum.

Beatus vir qui implévit desiderium suum ex ipsis: \* non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Glória Patri, & Filio.

**Psalmus 127.**

**B**eatí omnes, qui timent Dónum: \* qui ambulat in viis ejus. Labores manuum tuarum quia manducabis: \* beatus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans, \* in lateribus domus tue. Filii tui sicut novellæ olivarum, \* in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, \* qui timet Dóminum.

Benedicat tibi Dóminus ex Sion: \* & videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, \* pacem super Israël. Glória Patri, & Filio.

**Antiphona.** Pulchra es, & decora filia Jerusalem: \* terribilis ut castrorum acies ordinata.

**Capitulum.** *Eccli 2. b.*

**I**N platéis sicut cinnamómum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. **R.** Deo grátias.

**V.** Post partum virgo inviolata permansisti. **R.** Dei Genitrix intercede pro nobis. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. **V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**Oratio.**

**F**Amulórum tuórum, quæsumus Dómine, delictis ignosce: ut qui tibi placere de acris nostris non valémus, Genitricis Filii tui Dómini nostri intercessione salvemur. Qui tecum vivit & regnat, &c.

**OFFICIUM B. MARIE**

*In Adventu.*

**Ad Vesperas, Antiphona.** Misus est, cum reliquis de Laudibus, ut infra; **clij.** **Psalmi.** Dixit Dóminus: Laudate pueri. Lætatus sum. Nisi Dóminus. Lauda Jerusalem, ut supra. cxxxiv.

**Capitulum.** *Isaia 11.*

**E**grediétur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Dómini. **R.** Deo grátias.

**Hymnus.**

**A**ve maris stella, Dei Mater alma, Atque semper Virgo, Felix cœli porta, Sumens illud Ave Gabriëlis ore,

Funda nos in pace, Mutans Hevæ nomen.

Solve vincula reis, Profer lumen cæcis, Mala nostra pelle, Bona cuncta posce.

Monstra te esse Matrem, Sumat per te preces, Qui pro nobis natus Tullit esse tuus.

Virgo singularis, Inter omnes mitis, Nos culpis solutos, Mites fac & castos.

Vitam præsta puram, Iter para tutum, Ut videntes Jesum Semper collatémur.

Sit laus Deo Patri, Summo Christo decus, Spiritui sancto, Tribus honor unus. Amen.

**V.** Diffusa est grátia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Spiritus sanctus in te descendet Maria: ne timeas, habebis in utero Filium Dei, alleluia. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. **V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**Oratio.**

**D**Eus, qui de beatæ Mariæ virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui verè eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Hæc Oratio dicitur ad omnes Horas, sed cum conclusione integra, scilicet: Per eundem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, &c.

Pro Sanctis ad Vesperas & Laudes tantum, Antiphona. Ecce Dó-

minus veniet, & omnes Sancti ejus cum eo, & erit in die illa lux magna, alleluia. **V.** Ecce apparet Dóminus super nubem candidam. **R.** Et cum eo Sanctorum millia.

**Oratio.**

**C**onsciantias nostras, quæsumus Dómine, visitando purifica: ut veniens Jesus Christus Filius tuus Dóminus noster cum omnibus Sanctis, paratam sibi in nobis inveniat mansiónem. Qui tecum vivit, &c.

**Ad Completorium, Psalmi & Hymnus, ut supra ante Adventum.** cxxxvij.

**Capitulum.** *Isaia 7. c.*

**E**Cce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmánuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

**V.** Angelus Dómini nuntiavit Mariæ. **R.** Et concepit de Spiritu sancto.

**Ad Nunc dimittis, Antiphona.**

Spiritus sanctus in te descendet Maria: ne timeas, habebis in utero Filium Dei, alleluia. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. **V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**Oratio.**

**D**Eus, qui de beatæ Mariæ virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui verè eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dóminum.

**Ad Matutinum, Invitatorium Hymnus, Antæ. Psalmi, & Versiculi** que ad Lectiões, dicuntur sicut ante Adventum, præter tertiam Antiphonam tertii Nocturni Post partum, cujus loco dicitur sequens Antæ. Angelus Dómini nuntiavit Mariæ, & concepit de Spiritu sancto, alleluia.

**Ab-**

**Fun-**



## Absolutio.

**P** Récibus & méritis beátæ Mariæ semper Virginis, & ómnium Sanctórum, perducát nos Dóminus ad regna cœlorum. **R.** Amen. **V.** Jube domne benedicere. **Benedictio.** Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria. **R.** Amen.

**LECTIO I.** *Lucæ 1. c.*

**M** Issus est Angelus Gabriæli a Deo in civitatē Gallilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratiā plena: Dóminus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Tu autem Dómine, miserere nobis. **R.** Deo grátias.

**R.** Missus est Gabriël Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum, & expansit Virgo de lumine. Ne timeas Mariam, invenisti grátiam apud Dóminum: \* Ecce concipies, & paries, & vocabitur Altissimi Filius. **V.** Dabit ei Dóminus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in ætérnum. **Ecce. V.** Jube domne benedicere. **Benedictio.** Ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dóminum. **R.** Amen.

## Lectio II.

**Q** Uæ cùm audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Mariam, invenisti enim grátiam apud Deum: ecce concipies in útero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in ætérnum, & regni ejus non erit finis. Tu autem, **R.** Ave Maria, gratiā plena: Dóminus tecum: \* Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi

obumbrabit tibi: quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei. **V.** Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus. **V.** Jube domne benedicere. **Benedictio.** Per Virginem Matrem concédât nobis Dóminus salutem & pacem. **R.** Amen.

## Lectio III.

**D** Ixit autem Mariá ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concipit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Mariá: Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum. Tu autem Dómine.

**R.** Súscipe verbum Virgo Maria, quod tibi a Dómino per Angelum transmissum est: concipies, & paries Deum pariter & hóminem: \* Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. **V.** Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimentum: efficiéris grávida, & eris mater semper intacta. Ut benedicta. Glória Patri. Ut benedicta.

## AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

**M** Issus est Gabriël Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph. **Psal.** Dóminus regnavit, cum reliquis. **cxliij. Ant.** Ave Maria, gratiā plena: Dóminus tecum: Benedicta tu in mulieribus, allelúia. **Ant.** Ne timeas Mariam, invenisti grátiam apud Dóminum: ecce concipies, & paries filium, allelúia. **Ant.** Dabit ei Dóminus sedem David patris ejus: & regnabit

in

## Oratio.

in ætérnum. **Ant.** Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum.

## Capitulum.

Isaia 11.

**E** Grediétur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Dómini. **R.** Deo grátias.

## Hymnus.

**O** Gloriosa Virginum, Sublimis inter sidera, Qui te creávit, párvulum Lactente nutris ubere. Quod Heva tristis abstulit, Tu reddis almo gérmine: Intrent ut astra flébiles, Cœli recládis cárdines.

Tu regis alti janua, Et aula lucis fulgida: Vitam datam per Virginem Gentes redemptæ pláudite. Jesu tibi sit glória.

Qui natus es de Virgine, Cum Patre, & almo Spiritu In sempiterna sæcula. Amen.

**V.** Benedicta tu in mulieribus.

**R.** Et benedictus fructus ventris tui. **Ad Benedictus, Antiphona.**

Spiritus sanctus in te descendet Maria: ne timeas, habebis in útero Filium Dei, allelúia. **Kyrie eléison.** Christe eléison. **Kyrie eléison.** **V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **Oratio.**

**D** Eus, qui de beátæ Mariæ virginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui verè eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

**Pro Sanctis, Ant.** Ecce Dóminus veniet, & omnes Sancti ejus cum eo: & erit in die illa lux magna, allelúia. **V.** Ecce apparébit Dóminus super nubem candidam. **R.** Et cum eo Sanctórum millia.

**C** onscientias nostras, quæsumus Dómine, visitádo purifica: ut vniens Jesus Christus Filius tuus Dóminus noster cum ómnibus Sanctis, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit & regnat, &c. **Ad Horas, Hymni & Isaiam dicuntur sicut ante Adventum. cxlvj.**

**Ad Primam, Antiphona.**

Missus est.

## Capitulum.

Isaia 7. c.

**E** Cce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmánuël. Butyrum & mel comedet, ut sciat probare malum, & eligere bonum.

**V.** Dignare me laudare te, Virgo sacrata. **R.** Da mihi virtutem contra hostes tuos. **Kyrie eléison.** Christe eléison. **Kyrie eléison.** \* Dóminus vobiscum. **Oratio.** Deus, qui de beátæ Mariæ, ut supra.

**A Tertiam, Antiphona.**

Ave Maria.

## Capitulum.

Isaia 11.

**E** Grediétur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Dómini.

**V.** Diffusa est gratiā in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum. **Kyrie eléison.** Christe eléison. **Kyrie eléison.** **V.** Dóminus vobiscum. **Oratio.** Deus, qui de beátæ Mariæ, ut supra.

**Ad Sextam, Antiphona.**

Ne timeas Mariam.

## Capitulum.

Lucæ 1. d.

**D** Abit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in ætérnum, & regni ejus non erit finis.

**V.** Benedicta tu in mulieribus. **R.** Et benedictus fructus ventris tui. **Kyrie eléison.** Christe eléison. **Kyrie eléison.** **V.** Dóminus vobiscum. **Oratio.** Deus, qui de beátæ Ma-

Ma-



